Hec est tertia pars principalis huius capituli in qua ad maiorē supradictorū declarationē adiūgitrauctor quasdam conclusiones et quādam notabilia. duas igitur huius particulas. in prima probantur due conclusiones in secunda ponuntur duo notabilia. ibi notandum q̄. sed scire oportet q̄ iste due conclusiones valent ad perfectā noticiam rationis sphere materialis habendā. duo autē notabilia ad declarandū officia et utilitates quatuor circuloz minorū. prima igitur conclusio est q̄ in sphaera celesti et simili in sphaera materiali bene facta quarta est distācia q̄ dicitur maxia zodiaci declinatio scilicet inter principium cancri et equinoctiale: tāta esse debet precise distācia inter polū equinoctialis et polum zodiaci. hec conclusio demonstrat. sic sumpto cū coluro solstitiali quarta eius ab equinoctiali vsq̄ ad polū suū est equalis alteri quarte eiusdem q̄ est a principio cancri vsq̄ ad polū zodiaci. utrobisq̄ enī quarta circuli intercipit diffinitionē poli. iste autē due quarte habent vnā partem cōm arcum scilicet coluri qui est inter principium cancri et polum equinoctialis. ab illis q̄ quartis equalibus dempta illa cōi portione: residue partes vtriusq̄ quarte erunt equalis ad inuicē per illas maximā geometricā superius positam. ex prima autē quarta coluri remanet distācia q̄ dicitur maxia zodiaci declinatio. ex alia vero quarta remanet distācia poli zodiaci ad polū equinoctialis: igitur ille due distancie debent esse equalis. **Text.** Cum autē. ponit scōa conclusio talis q̄ illa pars coluri q̄ est inter tropicum et polū zodiaci vel circulū polum fere dupla ē ad maximā zodiaci declinatōē vel ad distāciā inter polum zodiaci et polū equinoctialis vel fere equalis vtriusq̄ illi distancie simul sumpte in sphaera bene facta. hec conclusio demonstratiue probat suppositis duobus. primus est q̄ circulus arcticus vel antarcticus scōm quālibet sui partē distat tū a polo equinoctialis sicut polus zodiaci ab eodem. scōm est q̄ quilibet circulus sphere siue magnus siue parvus habet 360. gradus sicut zodiacus. hiis suppositis arguit sic ad conclusionē cum inter equinoctiale et polū eius sit vna quarta coluri solstitialis: illa erit. 90. graduum: sed cum maxia zodiaci declinatio sit scōm Ptholemeū fere. 24. et torridē sit vt ostensum est distācia poli zodiaci aut circuli parui a polo equinoctialis: si iste due distancie (que fere faciunt. 48. gradus) demant a tota quarta

bi

Sphære mundi.

que est. 90. graduum: residuum erit. 42. gradus. et tantus est arcus coluri inter tropicis et polum zodiaci vel circulum paruum ergo conclusio vera. ¶ Notandum quod ut supra dictum est quilibet illorum parvorum circuloz causatur ex motu poli zodiaci circa polum mundi. oportet igitur (cum polum zodiaci semper equaliter distet a polo equinoctialis) quod quilibet pars circuli feret talis circuli equaliter distet a polo equinoctialis. similiter tropicus est circulus parallelus equinoctiali propter eandem causam in quacumque igitur quarta duorum coluroz hec conclusio auctoris vera est et eodem modo potest probari. ¶ Textus. Notandum autem. Hec est secunda particula huius tercie partis in qua ponuntur duo notabilia quorum duo officia quatuor circuloz minorum declarant. primum notabile est quod circulus equinoctialis et quatuor circuli minores dicuntur quatuor circuli paralleli id est eadem distantes. non quidem ad hunc sensum quod quatuor primi distat a secundo tertium distat a secundo et tertium a quarto et cetera: quod falsum est ut patet ex precedenti conclusione. sed ad hunc sensum quod quilibet duo illorum ad se invicem comparati secundum omnes partes equidistant. et notantur isti circuli sic. parallelus equinoctialis. parallelus solsticij estivalis. parallelus solsticij hyemalis. parallelus arcticus. parallelus antarcticus. ¶ Notandum quod parallelorum circuloz descriptioes in sphaera magna parte cosmographice declarant. unde et Ptholemeus non modo quatuor predictos parallelos sed multos alios ab equinoctiali versus polum describit: fere per singulos quatuor gradus et per singulas notabiles regiones et civitates circulos parallelos pertrahens. Cum enim scimus quod hec vel illa regio sub tali parallelo ab equinoctiali sita est: statim habemus in quo climate sit et cuius qualitatis et complexionis est aer illius et quot miliaria aut stadia habet unusquisque gradus terre in tali regione. quod ut supra diximus non semper quilibet gradus terre habet. 700. stadia ut auctor visus est dicere aut. 500. ut Ptholemeus tradit. ad multa etiam alia isti paralleli cosmographice deseruntur sic igitur per primum circuloz minorum officium ¶ Textus. Notandum etiam. Ponit secundum notabile scilicet quod horum quatuor parallelorum quatuor circuli minores dimisso equinoctiali dividunt totam sphaeram in quatuor zonas plagas aut regiones: de quibus meminit Virgilius primo Georgicorum cum ait. Quibus tenet celum zone etc. ubi solum loquitur de divisione sphaere celestis in quatuor zonas. sed quod ut iam diximus tradidit conformiter ad celum ideo Quidius in primo metamorphoseos ponit divisionem terre predictae celi divisioni proportionabiliter dicens. Totidemque plage id est alie quatuor zone premuntur id est subduntur his zonis celi tellure id est in terra. quarum quae media est illa scilicet que est inter duos tropicos (quam Virgilius dixerat sole coarctata rubente et torrida zona ab igni) non est habitabilis estiva id est nimio calore. quod sol semper super istam zonam aut plagam discurret. et ideo dicitur sole rubens et torrida ab igni. nix alta id est magna frigiditas tegit duas scilicet extremas zonas que sunt intra circulos parvos ubi est mare glaciale id est congelatum. totidem id est alias duas zonas inter utrasque scilicet mediam calidissimam et extremas frigidissimas locavit super cura dei ut postea sequitur in textu Quidij. in his autem duabus zonis temperiemque dedit deus mixta cum frigore flamma id est ex permutatione caloris medie zone et frigiditatis duarum extremarum. et tota littera sequens non est nisi declaratio sententiae verisimiliter Quidij. sic igitur per secundum horum circuloz officium distinguere scilicet regiones temperatas et habitabiles a regionibus intemperatae habitationis. ¶ Notandum quod licet auctor videatur hic sentire quod torrida zona que est inter duos tropicos sit inhabitabilis propter calorem solis: tamen hoc referendum est ad intentionem dictorum poetarum quorum verba (que ipse exponit) videntur sonare quod illa zona est inhabitabilis. sed quod ut supra dictum est hoc est manifeste contra Ptholemeum et omnes geographos qui in hac zona multas regiones describunt: ideo dicendum est quod non est intentio huius auctoris aut horum poetarum dicere quod ibi nulla sit habitatio. sed quod non est bona et multum conveniens hominibus. similiter intelligendum est de zonis extremis cum dicitur quod sunt inhabitabiles propter nimium frigus quia etiam secundum Ptholemeum intra circulum arcticum multe insule et hominum habitaciones sunt: licet praue ut ille auctor infra capitulo tertio dicit. quod ex hominibus in talibus regionibus vitam degentium figuris et complexionibus facile deprehenditur. qui enim sunt in torrida zona: nigerrimi/ crispi/ et parvi corpore propter caloris excessum consumuntur humidum radicale efficiuntur. qui autem in extrema zona circa polum vel prope habitant: nimis albi/ atque flavis capillis/ et gradus corpore plus quam homines temperatos decet apparere propter frigiditatis excessum et humiditatis abundantiam. ¶ Sed circa hoc et circa quaedam supra dicta dubitat utrum sub equinoctiali circulo ad minimum sit bona et temperata habitatio atque hominibus conveniens. Et in hac questione ut diximus poete et philosophi contra medicos decertant.

Ad quod valet parallelorum ymaginatio

Quomodo intelligitur illas zonas esse inhabitabiles

Optima questio

Capitulum secundū.

Virgilius em̄ et Ouidius in locis preallegatis et Aristoteles etusq; cōmētator et Albertus ī scōdo methēozoz in tractatu de ventis tenere vidēt q̄ sub eq̄noctiali est excessiua caliditas q̄ habitatiōē reddit ītēperatissimā Et cōfirmať ista opinio qz pcedētib⁹ a q̄rto climate vsus equinoctialē semp̄ occurrit regio magis calida et magis intēpata et hoīes nigriores apparēt ergo sub equinoctiali erit ītēpatissima hitatio et hoīes nigerrimi. Sed Auicēna et oēs medici modernī cū eo tenēt q̄ ibi ē nō modo tēperata s; tēperatissima et amenissima habitatio. Et hoc cōfirmať tum auctoritate Isidori in p̄mo ethimologiaz q̄ dicit q̄ paradīsus terrestris ē loc⁹ versus orientē situat⁹ multū appropinquās globo lune sub equinoctiali tēperatissim⁹ et amēnissimus imo de hoc paradīso dicit scriptura q̄ posuit deus hoīem in paradīso voluptatis. Tū ratiōne qz sub eq̄noctiali semp̄ est eq̄noctiū q̄ q̄tū in die calor intēdit tātū in nocte a frigiditate remittit Et p̄terea tū ibi īfluūt planete calidi q̄tū frigidi et eque directe irradiant ergo cōplexio aeris redditur tēperatissima. Et itē qz hoc vidēt sentire Ptholeme⁹ in terciā parte quadripartiti vbi dicit q̄ oīs tēperies cōplexiōis ab eq̄noctiali pcedit. ¶ Sed breuē dīcendum vidēt q̄ si illa hitatio intēperata sit hoc maxie erit ppter caloris excessum. quare aduertēdū q̄ triplici de cā calor alicubi est excessiu⁹. p̄ma est calefacientis p̄pinq̄tas. et p̄ hoc regiones sub tropico hyemali (si q̄ sunt) calidiores sunt regionib⁹ existētib⁹ sub tropico estuali qz q̄n sol est iuxta tropicū estualē est in auge sui orbis eccētrici: sed q̄n ē p̄pe tropicū hyemalē est in opposito augis terre p̄pinq̄oz. Scōda cā est radioz calefaciētū directio et p̄ hoc regiones sub torrida zona q̄ terminať ad duos tropicos calidiores sunt regionib⁹ extra torridā zonā existētibus in qualibet aliaz quatuor zonaz. Tercia cā est mora calefacientis cor poris. et p̄ hoc in torrida zona regiones circa tropicos et sub eis calidiores sūt regionib⁹ circa equinoctialē et sub eo existētib⁹ eo q̄ sol cū describit eq̄noctialē velocius mouet q̄ dū describit tropicos et sic radi⁹ m̄tu⁹ figit in obiecta terra Et itē qz sol maiorē tēpore circa zenith eoz q̄ tropicis appropinquat q̄ circa eq̄noctialē morat⁹. cuz enim ad p̄ncipia arietis et libe peruenerit maiores et notabiliores declinationes ab equinoctiali facit q̄ circa p̄ncipia cancri et capricorni. cui⁹ rei ex diez et noctiū artificialiū cremēto et decemēto euidentissimū sumit argumentū qz sensibilius circa eq̄noctia q̄ circa solsticia crescūt et decrescūt dies et noctes. hac etiam de cā in mense iulii et augusti intensior est calor in regionibus septētrionalibus q̄ in mēse maii aut marci: quāq̄ in mēse iunii sol sit eis p̄pinq̄oz eo q̄ sol diuturnius ī signis septētrionalibus et versus polū artictū in mēse iulii aut augusti q̄ in mēse iunii morat⁹ ē. Et confirmat hoc testimonio Aristotelis in scōdo methēozoz dicētis q̄ post estuales cōuersiōes ethesie venti flare incipiūt ab arcto et septētrione: eo q̄ tūc ex caloris habūdātia niues ab altis montibus cadūt q̄bus terra irrigata et humectata vapores et exhalatiōes ministrare sufficit. p̄pter hanc etiam cām in dieb⁹ estiuis maiorē calozē post meridiē q̄ in meridiē vel ante sentimus q̄uis sol in meridiē sit zenit nostro p̄pinq̄oz eo q̄ post meridiē diuturnior est solis mora super nostrum horizōtē et calor continue calozis superaddit et facit ipm sup̄ excrecere et intendi. Sed sciēdum q̄ inter has tres cās calozis terciā p̄ncipalioz et maxima est p̄pter rationem nūc dictam magis em̄ q̄nq; calefit vnus hō remotus ab igne q̄ alius p̄pe ignē: qz scz ille diuici⁹ calefactus est. scōda aut causa post ipsam fortioz est radioz directio. minima vō calozis causa est calefacientis p̄pinq̄tas. vnde in estate quāq̄ sol a nobis remotioz sit quia ē in auge eccentrici magis tamē regionē nostram calefacit q̄ in hyeme cum circa oppositū augis est. eo q̄ in estate sol zenit caputū nostroz appropinquās direct⁹ super nos irradiat. Sic igitur ad quēstionē dicendū est saluo meliori iudicio per duas cōclusiones. p̄ma est q̄ sub eq̄noctiali habitatio est magis intempata p̄ excessum calozis q̄ habitatiōes quartī et quinti climatum q̄ ceteraz amenissime vident. Patet hec conclusio per oēs tres cās calozis inductie Scōda conclusio q̄ sub equinoctiali multo tempacioz habitatio est q̄ sub tropicis et circa tropicos qz mior ibi est calozis excessus. p̄batur hoc ex terciā p̄cipue cā qz maior ē solis mora circa tropicos vt diximus q̄uis in eq̄noctiali sit maior solis p̄pinq̄tas et aliq̄n directioz irradiatio. Cōfirmať hoc ex hoīz naturis et p̄plexionib⁹ qz habitates circa tropicū estiuū ethiopes nigerrimi siccissimi atq; breuis stature et periodi sunt. sed sub equinoctiali sub pallidi hoīes atq; bone cōplectōis et lōgioris vite reperiunt. Cū ei anno xp̄i dñi. 1491. illustrissim⁹

Triplex est cā calozis.

p̄ba ratiō facie cāe per mltas experimenta

Quō se hnt ille tres cāe calozis

Prima cōclō

Scōda cōclō

Experimentuz

Sphere mundi.

hyspaniarum rex fernandus exoptissimos nautas versus occidentem equinoctialem ad insulas quere-
 redas miserit: tandem post quatuor fere menses idem naute reuersi insulas multas sub equinoctiali vel
 prope dicunt se reperisse. in cuius rei testimonium multa genera aurium exquisitissima multasque species aro-
 maticas preciosissimas aurumque et boves illius regionis secum aduexerunt: boves quidem illi non magne
 stature sed pro iocundi septem ridetes et bone indolis facile omnibus credentes et ascescetes satis ingenio-
 si ceruleo colore et capite quadrangulari hispanis mirabiles apparuerunt. Et pro hec ad ar-
 gumeta utriusque opinionis facilis est responsio. non enim sequitur ut dicit prima opinio si procedentibus
 a quarto climate versus tropicum estiuum semper apparerent calidiores et temperatiores regiones: quod etiam
 procedentibus a tropico versus equinoctialem eodem modo appareant propter causas dictas. Quod autem secunda
 opinio adducit ex Isidoro et ex textu sacre pagine concedimus sed dicimus quod amenitas paradisi
 terrestris non est ex qualitate vel natura regionis illius sed ex paradisi situ. eo enim quod in loco altissimo
 est ut Isidorus dixit transcedit magnam partem medie regionis aeris unde ibi neque venti nec turbines
 nec pluuie generantur neque etiam propter radioz reflectionem ibi caliditas interdit. Sepe enim propter
 diuersum alicuius ciuitatis situm aut in alto aut in imo aut contra orientem vel occidentem aut boream et
 austrum in regionibus intempatissimis ipsa temperata apparet et e contra. vnde licet iudea patria calida
 sit quod in tercio climate tamen in sancta ciuitate iherusalim aliqualiter est frigidus ingens ut euuangeliste dicit quod
 Petrus calefaciebat se propter frigidum eo quod ciuitas illa est supra montem. Alie vero rationes
 solum arguunt pro secunda conclusione.

Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi
 cameracensis doctoris et celebratissimi questio quarta.

Queritur quarto utrum distancie poloꝝ zodiaci a polis mundi sint equales maximis decli-
 nationibus solis. vnde sic quod distancia poli zodiaci a polo arctico sit equalis maxime solis de-
 clinationi septentrionali. et distancia alterius poli zodiaci a polo antarctico sit equalis maxime
 solis declinationi meridionali. Arguitur primo quod non quia propter motum accessus et recessus octauae
 sphere que ponit Thebit in quodam tractatu de motu octauae sphere poli zodiaci quibus sunt propter
 quodores polis mundi quibus remotiores. ergo distancie illorum poloꝝ a polis mundi quibus sunt maiores
 et quibus minores. modo maxime solis declinationes semper sunt equales. scilicet in omni tempore et in omnibus regionibus: quod
 distancie poloꝝ zodiaci a polis mundi non sunt equales illis declinationibus maximis. Secundo sic quod di-
 stancia poloꝝ zodiaci a polis mundi sunt semper equales. sed maxime solis declinationes non semper sunt equa-
 les quod questio falsa. nota est nota prima per anris nota est probat secunda quod in opposito augis ipsius solis
 quod est in principio capricorni sol est propinquior terre quam in auge eius quod sequitur quod illo tunc describit tro-
 picum hyemale inaequaliter distat ab equinoctiali ad distanciam qua describit tropicum estiuale. Ter-
 tio sic quod nullus est polus zodiaci quod questio supponit vnum falsum. anis per quod polus debet esse immobilis
 cum sit terminus axis mundi in zodiaco nichil est immobile quod nullus est polus zodiaci. Et consilium ratione ar-
 guitur quod nullus est polus mundi. In oppositum arguitur per auctorem in textu ponentem quod eleuatio poli
 zodiaci a polo mundi equalis est maxime solis declinationi et ideo cum vna maxime solis declinatio
 sit alteri equalis: et etiam vna distancia poli zodiaci a polo mundi sit equalis distancie alterius poli
 zodiaci a polo mundi: habet propositum. In questione erunt duo articuli. in primo erunt notabilia.
 in secundo conclusiones. Quatum ad primum notandum est quod per maximas solis declinationes intelliguntur
 distancie tropicorum ab equinoctiali. ita quod per maximam solis declinationem septentrionalem intel-
 ligitur distancia equinoctialis a tropico cancri seu estiuale. et per maximam solis declinationem
 meridionalem intelligitur distancia equinoctialis a tropico capricorni seu hyemali tunc due maxime so-
 lis declinationes sunt equales et omnibus temporibus et omnibus regionibus. Tamen aduertendum est quod cum dicitur
 declinationem solis esse maiorem in vna regione quam in alia vel extra aliam capiunt maxime solis de-
 clinatio et eleuatio quod ibi. Vnde maxime solis eleuatio aliquando capit per distanciam a contactu orientis
 versus ad solem ipso exente in tropico estiuale in meridie. Et maxime solis declinatio dicitur dis-
 tancia a zenit capitis ad solem ipso exente in tropico hyemali et in meridie. Secundo notandum
 est quod per distanciam poloꝝ zodiaci a polis mundi debemus intelligere duos arcus meridiani cir-
 culi qui sunt a polis mundi ad polos zodiaci. Tertio notandum est quod in proposito intelligendum
 est de zodiaco none sphere et non octauae per quo aduertendum est quod duplex ymaginatur zodiacus
 vnde vnum in nona sphaera et aliter in octaua. Nam zodiacus ymaginatur in nona ipsa solum mouetur vno motu

Quod paradisi
 terrestris
 licet sit in tor-
 rida zona ta-
 men est locus
 amenissimus.

Primus arti-
 culus

Dupliciter ac-
 cipitur maxime
 solis declinatio

Duplex est
 zodiacus

Capitulum secundū.

scz diurno scdm q nona sphaera mouet. Sed zodiacus in octaua sphaera triplici motu mouet. secundū astrologos. primo eim motu none sphaere motu diurno sicut alij et hoc sup polos mūdi. scdo modo mouetur super polos zodiaci motu pprio illius octaue sphaere in qua ymagina tur esse. tercio modo mouetur motu accessus z recessus quē ponit iste Thebiti vno tractatu quem cōposuit de motu octaue sphaere. Et ymaginat sic fieri q aries zodiaci octaue sphaere ymaginatur describere quēdā paruū circulum circa lineam eclipticam zodiaci none sphaere quem circulum intersecat linea ecliptica in duobus locis. etiam ex opposito libra zodiaci octaue sphaere ymaginatur describere consimilē circulum circa lineā eclipticā none sphaere. Ultra ponit Thebit q quādo aries zodiaci octaue est in superiori pte illius circuli libra est in pte inferiori sui circuli z ecōtra. Sed de causa cogēte ad ponēdum huiusmodi motum accessus z recessus dicitur q cōsideratores z veritatū iquisitores reperierūt q stelle circa signū arietis quādoq sunt propinquiores polis mūdi quādoq remotiores z ita etiā de stellis circa signū libze. sed nō repererunt talem dnam secūdū propinquitatē vel distanciam in stellis circa signū cancri z signū capricorni. et ideo cum angulis nō percipientes aliū modum per quem possent ista saluare apposuerunt motum accessus z recessus quē vocauerunt motum circulationis scz in octaua sphaera et hec de primo. ¶ Quātum ad scdm ponunt cōclusiones. prima est q pol⁹ zodiaci octaue sphaere non in oibus tēporibus equaliter distat a polo mūdi. p qz cum octaua sphaera moueatur motu accessus et recessus vt dictum est in primo articulo tunc poli zodiaci eiusdem sphaere quādoq plus accedunt ad polos mundi z quādoq plus recedunt ab eisdem Sequitur correlarie q intelligēdo de polis zodiaci octaue sphaere nō oportet semp distātiā poloz esse equales maximis solis declinationibus. ¶ Scda cōclusio poli zodiaci none sphaere semp equaliter distat a polis mūdi. p qz cōclusio quia poli zodiaci none sphaere z poli mūdi sunt in eodem orbe q cum talis orbis nō sit frangibilis nec diuisibilis sequit q semp equaliter distat abinuicem. ¶ Tercia cōclusio est q distācia poli zodiaci a polo mundi arctico est equalis maxime solis declinationi septētrionali. hec cōclusio p qz capiantur duo arcus quoz vn⁹ est ab equinoctiali ad polum mundi z alter a tropico estiuale ad polū zodiaci. tunc isti duo arcus sunt adinuicem equales quia quelibet est quarta pars circuli eiusdem. z illis ambob⁹ arcubus est idem arcus cois: scz arcus qui est a polo mundi ad tropicum estiualem: de pto q illo coī sequitur per animi cōceptionem q illa que remanebunt erunt equalia. modo remanebūt distācia a polis zodiaci ad polum mundi z maxima solis declinatio septētrionalis. ¶ Quarta cōclusio est q distācia poli zodiaci a polo āarctico est equalis maxime solis declinationi meridionali. Ista cōclusio probatur sicut precedēs. ¶ Sed aliquis contra istas duas cōclusiones obiceret quia in pbatōnibus istaz conclusionū supponebat q distācia zodiaci a polo zodiaci est quarta pars circuli modo hoc est falsuz qz cum zodiacus habeat latitudinē. 12. gradū: oportet subtrahere. 6. gradus z ideo nō remanet quarta pars. Ad istā rōem respōdetur q bene verū est de distācia poli zodiaci a zodiaco exclusiue q nō est quarta pars circuli imo deficiūt sex gradus vt arguit ratio nec illud supponebat in pbatōnibus cōclusionū. s3 bene supponebat ad illam intelligeriam q distācia poli zodiaci a linea ecliptica que ymaginat indiuisibilis quātum ad hoc est quarta ps circuli. ¶ Quinta cōclusio est q distācia circuli arctici a tropico est fere duplex ad maximā solis declinationem. z etiam ex cōsequēti ad distāciam poli zodiaci a polo mundi: p qz quia arcus qui est ab equinoctiali ad polum mundi continet nonaginta gradus: modo maxima solis declinatio de illis cōtinet viginti tres gradus z quinquaginta z vnū minuta. z tm cōtinet distācia circuli arctici a a polo p terciam cōclusionem: seqtur q ambe distācie cōtinent quadraginta septem gradus z quadraginta duo minuta. z per consequens distācia a circulo arctico ad tropicum continet residuum scz quadraginta duos gradus z octodecim minuta z per cōsequens est fere duplex ad maximam solis declinationē ¶ Ad rationes ad primaz dī q illa ratio arguit p prima conclusionē cum suo correlario. Ad secundam eodē modo z per idem soluitur. Ad terciam negatur antecedēs ad pbatōnē dicit q non oportet sed sufficit q sit terminus axis circa quē fit motus. Ad quartam dicit q polus mundi non dī ex eo immobilis q sit immobilis simpliciter sed quia eius motus est imperceptibilis. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

Thebit de motu octaue sphaere

Secundus articulus.

Prima cōclusio

Correlariū. Scda cōclusio

Tercia cōclusio

Quarta cōclusio

Quinta cōclusio

Ad rationes questionis

Sphere mundi.

Capitulum terciū de ortu et occasu signorum. de diuersitate dierum et noctium. de hiis que accidunt habitantibus in diuersis regionibus. et de diuisione climatum. Habet quatuor partes. Prima pars est de ortu et occasu signorum et primo secundum poetas.

est considerationem motus celi et circuloꝝ in eo ymaginabilium:

pertractandum est de comparatione mot^o celi ad dictos circulos.

et primo de motu primi mobilis in ordine ad horizontē vnde ortus et occasus signorum et stellarum cōtingūt. Signoꝝ igitur ortus et occasus dupliciter accipitur: qm̄ q̄tū ad poetas / et q̄tum ad astronomos. Est autē ortus et occasus signoꝝ quo ad poetas triplex scz cosmicus / chronicus / et heliacus. Cosmicus em̄ ortus siue mundan^o est quādo signū vel stella supra horizontem ex parte orientis de die ascendit. Et licet in qualibet die artificiali sex signa sic orientur: tamē antonomastice signū illud dicitur cosmice dari cum quo et in quo sol mane ortur. et hic ortus proprius et principalis et quotidianus dicitur. de hoc ortu exemplū in georgicis habetur: vbi docetur satio fabarum et milū in vere sole existēte in tauro sic. *Lādus auratis aperit cum coronib⁹ ānū Taurus. et aduerso cedens canis occidit astro.* Occasus vero cosmicus est respectu oppositionis scz quādo sol ortur cum aliquo signo cuius signi oppositū occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in georgicis: vbi docet satio frumenti in fine autūpni sole existēte in scorpione. qui cū orientur cū sole: taurus signi eius oppositū (vbi sunt pleiades) occidit sic. *Ante tibi eoe at blandes abscondatur: Debita q̄ sulcis cōmittas semina.* Chronicus ortus siue tēporalis est quando signū vel stella post solis occasum supra horizontem ex parte orientis emergit chronice scz de nocte. et dicitur tēporalis quia temp^o mathematicoꝝ nascitur cū solis occasu. de hoc ortu habemus in Quidio de pontico vbi conqueritur moram exili sui dicens: *Quatuor autūpnos pleias orta facit. significans per quatuor autūpnos quatuor ānos transisse postq̄ missus erat in exilium.* Sed Virgilius voluit in autūpno pleiades occidere ergo cōtrariū videntur. Ratio tamen huius est quia scdm̄ Virgiliū occidunt cosmice. scdm̄ Quidiū autē oriūtur chronice. quod bene potest cōtingere eodem die differenter tamē: quia cosmicus occasus est tēpore matutino. chronicus vero ortus tempore vespertino. Chronicus occasus est respectu oppositionis. vnde Lucanus sic inq̄t. *Flor cū thesalicas v̄gebat parua sagittas.* heliacus ortus siue solaris est quando signū vel stella videri potest per elongationem solis ab illo q̄ prius videri non poterat solis propinquitate. exemplū hui⁹ ponit Quidius in libro de fastis. *Ham leuis obliqua subsedit aquarius vrna. et Virgilius in georgicis. Enosiaq̄ ardentis discedat stella corone. que iuxta scorpionem existens non videbatur dum sol erat in scorpione.* Occas⁹ heliacus est quādo sol ad signū accedit: et illud sua presentia et luminositate videri non permittit. huius exēplum est in versu Virgīlii premissio scz. *Taurus et aduerso cedens canis occidit astro.*

Distictio ort⁹
et occasus.
Sub distictio
Cosmic⁹ ort⁹.

Virgilius.

Cosmicus oc-
casus
Virgilius.

Chronic⁹ ortus

Quidius

Dubitatio
Solutio.

Chronicus oc-
casus
Lucanus
Heliac⁹ ortus

Quidius

Virgilius.

Heliacus oc-
casus
Virgilius.

Capitulum tertium.

¶ Istud est capitulum tertium in quo principaliter auctor agit de his que accidunt ex comparatione motus celi ad circulos in sphaera descriptos. habet quatuor partes. prima est de ortu et occasu signorum que accidunt ex habitudine motus primi mobilis ad zodiacum et ad horizontem. In secunda que incipit ibi. et per hec. agit de diuersitate dierum et noctium penes crementum et decrementum que ex accessu et recessu solis in zodiaco et ex ascensionibus signorum contingit. In tertia parte que incipit ibi. Notandum quod illis. erit sermo de his que accidunt habitantibus in diuersis locis et regionibus que etiam ex motu solis in zodiaco et ex ortu et occasu signorum pueniunt. In quarta et vltima ibi. ad maiorem autem. determinabit de diuisione climatium et regionum terre habitabilis. prima pars habet duas particulas. prima est de ortu et occasu signorum et stellarum secundum poetas. secunda ibi. sequitur de ortu. est de ortu et occasu signorum secundum astronomos. Et hoc magnifice significat textus in diuisione premissa cum ait signorum igitur ortus. ¶ Circa hoc autem notandum est quod aliter poete aliterque astrologi de ortu et occasu signorum intendunt poete enim quibus mensibus aut diebus anni quibus etiam horis hec stella vel hoc signum aut illud super horizontem nostrum videri poterit tradunt. vnde certa tempore anni signare volentes ortum et occasum signorum et stellarum vtuntur. Sed astrologi equationes domorum celorum et diuersitates temporum inuestigare volentes durationem et moram cuiuslibet signi aut partis zodiaci in oriendo et occidendo per horizontem suis tabulis et instrumentis inquirunt. ¶ Deinde sub diuisione primi mensis auctor ad iungit ibi. Est autem ortus. que talis est quod secundum poetas ortus et occasus signorum est triplex scilicet cosmicus/chronicus et eliacus. his enim tribus modis signa et stelle oriuntur et occidunt id est appaerent et occultantur nobis dicuntur vt in sequentibus videbitur. ¶ Consequenter mensura diuisionis presequitur primum ibi. cosmicus enim. secundum ibi. chronicus ortus. tertium ibi. eliacus ortus. Et in qualibet harum partium sunt due particule prima est de illo ortu. secunda de occasu sibi opposito. Cosmicus igitur id est mundanus ortus (cosmos enim grece mundus est latine) secundum poetas est signum vel stella que supra horizontem de die ascendit (diem hic dicimus apparitionem solis in nostro hemispherio) sic igitur omnia signa et stelle que in toto die supra horizontem nostrum ex parte orientis ascendunt dicuntur a poetis cosmice oriuntur. Est tamen considerandum quod licet in qualibet die sex signa zodiaci supra nostram horizontem cosmice orientantur: tamen inter omnia illa signum quod primum oritur (illud scilicet in quo est sol) dicitur cosmice oriuntur anthonomasice id est principaliter. et huius ratio est quia ortus solis proprie et principaliter in omnes ortus dicitur. et hic est nobis quotidianus et maxime notabilis atque sensibilis. vnde et propter hoc ortus diurnus stellarum et signorum cosmicus id est mundanus est appellatus in die etiam cum omnes vigilamus et operemur tempus et mundum sentimus: sed in nocte dormientes (velut huius qui in sardo insula dormierunt vt dicitur in quarto libro phidocorum) tempus non sentimus. Et de hoc signo principaliter oriente intelligunt sepius poete cum de ortu cosmico loquuntur. vnde virgilius in primo georgicorum (vbi agriculturam et aruorum cultum edocet) cum tempus seminandi fabas et milium in ytaliam vellet ostendere sic inquit. Candidus et auratis et cetera cuius latere hec est ordinatio. cum id est quoniam taurus candidus id est splendidus propter stellarum suarum fulgorem. cornibus suis auratis id est stellis ornatis aperit annum id est incipit annum vel diem supple tunc est tempus predictum seminandi. vult ergo dicere virgilius quod quoniam primum signum de die orientes fuerit taurus tunc est tempus seminandi fabas et milium. et hic est mensis aprilis cum sol est in tauro. Dicit autem taurus aperire annum: quia tempus illud quo sol est in signo tauri. et taurus est primum signum quod de die oritur: incipiunt virescere omnia terre nascencia et terra videtur aperiri. propter quod mensis ille dicitur esse aprilis ab aperiendo terram vt etiam supra ceterum rationem nominis tauri redderem tactum est. ¶ Textus. Sed occasus. dicit de occasu cosmico opposito. est enim quodlibet signum vel stella que sub horizonte de die mergitur et occidit ex parte occidentis et hoc significat cum dicit respectu oppositionis id est partis opposite in celo que est occidens. et licet sex signa quotidie cosmice occidant: principaliter tamen illud quod de mane sole oriente occidit cosmice occidere dicitur. et hoc intelligit cum dicit scilicet quoniam sol etc. et de hoc signo primo occidente ceterum poete faciunt mentionem. vnde virgilius in primo georgicorum demonstrans tempus seminandi frumenta in mense scilicet octobris cum sol est in scorpione sic inquit. ante tibi abscondantur scilicet cosmice in principio diei atlantides eorum id est orientales que sunt septem stelle aggregate in signo tauri. et secundum diuisionem poetarum fuerunt septem sorores dicte atlantides a parte atlante pleiades vero amfe. Dicuntur tamen eorum id est orientales vel quia ex partibus orientis iste sorores oriunde fuerunt vel vt seruius exponit quia in mense octobris de quo virgilius loquitur propter earum remotionem

quod dicitur poete et astrologi de ortu et occasu signorum agunt

Quare ortus diurnus dicitur cosmicus

Sphere mundi.

in sole in ortu eliaci possit sunt de quo infra. hec inq̄ atlantides abscondantur tibi occasu
cosmico anteq̄ comitas emina tua sulcis tre. Regula ergo Virgilij in hoc loco est q̄ nō est tē
pus seminandi frumēta anteq̄ primū signū quod de die occidat sit taurus z hoc non erit nisi
sole existēte in scorpione in mense octobris vt diximus. ¶ Textus. Chronicus ortus. Deter
minat de secūdo men. bro p̄dicte subdiuisionis z primo dicit quid est ortus chronicus. secūdo
remouet quādam apparētē controuersia inter Virgilium z Ouidiū ibi. sed Virgilius. ter
cio dicit de occasu chronico ibi. chronicus occasus. Ortus igitur chronicus id est tēporalis
est signū vel stella que supra horizontem ex pte orientis de nocte (que est totū tēpus quo sol
est sub nostro horizonte z umbra terre est in nostro hemispherio) ascēdit. z principaliter illud
signū quod in principio noctis oritur. Et dicitur iste ortus nocturnus tēporalis quia nox est
tēpus mathematicis operibus aptissimū. z de hoc ortu loquitur Ouidius in libro de pontico
vbi morā exilij sui sic cōqueritur. quatuor autūpnos id est quatuor annos pleiades constellatio
illa septē stellarum que est in tauro de qua nuper diximus orta scz chronice in principio noc
tis quod non fit nisi in autūpno sole existēte in scorpione mense octobris. tunc em̄ sole occidē
te taurus vbi sunt pleiades oritur chronice ideo notāter dicit quatuor autūpnos vt simul mo
ram exilij sui quatuor annos z tēpus quo pleiades oriūtur chronice scz autūpnū significaret
¶ Notandum q̄ dictio mathesis a qua mathematicus dicitur dupliciter potest proferri z sic
dupliciter interpretatur secundum Isidorum. primo profertur media syllaba producta z sic
idem est mathesis quod diuinitio z mathematicus hoc modo est diuinator. z sic sunt quedā
artes mathematice prohibite ab ecclesia que sunt diuinatorie scz geomancia/ ydromancia/
aerimancia/ pyromancia/ cyromancia/ spatulamancia/ nigromancia/ et augurium. et multe
alie diuinatorie seu malefice artes quas dyabolici homines frequentius noctu operibus ad
aptant et ideo nox dicitur esse tempus mathematicoz id est diuinatorum. Aliomodo prefer
tur mathesis penultima breui z sic idem est q̄ abstractio et mathematica est sciēcia abstrac
tiua/ doctrinalis/ vel demonstratiua. et mathematicus est abstractor vel demonstratiu⁹ et sic
sunt quinque sciēcie mathematice due principales pure mathematice z subalternantes scz
arithmetica z geometria. z tres subalternate medie inter phisicam z mathematicam. scz mu
sica/ perspectiua/ z astrologia. et quia astrologi prope semper stellas de nocte cōspiciūt: ideo
tēpus mathematicorum id est astrologorum dicitur esse nox. vñ versus. Scire facit mathesis
dat diuinare mathesis ¶ Textus. Sed Virgilius. Mouet controuersiam que apparet inter
dicta Virgilij z Ouidij circa ortum z occasum pleiadum et primo ponit illam controuersia.
quia cum vterq̄ eorum de autūpno z de mense octobris loqueretur: tamē Virgilius dicit
atlantides abscondantur. Ouidius autē dixit pleiades orta. vnde eodem tēpore easdē stellas
vñ dicit oriri alius occidere z sic contrarij vidētur. ¶ Secundo ibi. ratio tamen. tollit dic
tam controuersiam propter equiuocationē z diuersitatem ortus z occasus de quo loqueban
tur. Virgilius em̄ intelligebat de occasu cosmico. sed Ouidius de ortu chronico vt visum est.
et vtrūq̄ horum potest contingere eodem die in eisdem stellis scz cosmicus occasus de mane
et chronicus ortus vesperi z in principio noctis. et sic nulla est inter dicta horum poetarū con
trarietas. ¶ Textus. Chronicus occasus. Declarat chronicū occasum per oppositū ad suoz
ortum. est em̄ signū vel stella que de nocte sub horizonte mergitur z descendit ex parte occi
dentis. z de hoc occasu intelligit Luacius libro quarto pharsalie cum ait. cum nox parua ve
gebat id est cogebat ire ad occasum sub horzōte thesalicas sagittas id est signū sagittarij qd
fingitur fuisse chiron thesalicus appime in arte sagittandi eruditus. Et loquitur Luacius
de quodā bello nauali inter gētes cesaris z pōpei. z vult significare tēpus qz scz in mēse maij
(qñ noctes sunt breuiores diebus) quadā die ante diluculū cū signū sagittarij iā declaret ad
occasū. p̄p̄ea qz sol in signo opposito exis scz in geminis p̄perabat ad ortū. ¶ Tex. Eliac⁹
ortus. Prosequit tertiū mēbrū p̄dicte subdiuisionis z p̄mo de ortu eliaci. est em̄ ort⁹ eliacus
id est solaris qñ signū vel stella recedit a sole vel sol ab eo/ z p̄p̄ talē elōgationē pōt videri cū
prius nō videret solis p̄p̄iūitate. sicut p̄ de luna qñ noua apparet qz tunc exit de sub radijs
solis z tūc incipit videri cū prius nō videret. vñ hic ortus nō dicit p̄ respectū ad horzōtē s̄ ad
solē. dato em̄ q̄ aliq̄ planeta esset supra nostrū horzōtē z p̄p̄ solē nō diceret ortus eo q̄ nō

Quo duplices
sunt mathe
matici.

Septē artes
diuinatrices.

Quinq̄ ma
thematice

Capitulum tertium.

posset a nobis videri sed tantum quando a sole recederet vel sol ab eo. et si aliquis planeta esset sub nostro horizonte et recederet a sole diceretur iam ortus eliaci Et de hoc ortu datur duo testimonia poetarum. primum est ovidii in libro de fastis iam leuis etc. et vult dicere quod aquarius qui fuerat sub radiis solis in mense ianuarii iam incipiebat apparere de mane ante solis ortum in mense februaryi per ortum eius eliacum. aqri⁹ igitur leuis qui abzeues habet ascensiones iam subsedit id est iam stetit sub radiis solis et tamen nunc apparet obliqua vna quod fingitur esse homo vna aequa evertens ut supra dictum est. Scdm testimonium est virgili in primo georgico rum ubi tempus sationis frumentorum determinat. dixerat enim ante tibi eoe athlantides abscondatur. deinde subiungit Gnosiaq; ardentis discedat stella corone: debita quam sulcis comitas seminaet scdm versus sic ordinat. stella gnosis id est crethensis quod fingitur fuisse aridne minoris regis crethensis filia. stella inq; corone ardentis id est lucide et splendide est ei quidam circulus stellarum iuxta signum scorpiionis qui dicitur corona septentrionalis vna scz de. 48. ymaginibus octaue sphere et hac corona dicunt fuisse ornata ariadnem in celo. decedat id est recedat a radiis solis anteq; sulcis comitas semina debita dum enim sol est in scorpiione corona ista non potest videri quia est ppe solem. unde virgilius dicit quod oportet spectare tempus quando corona ista de mane possit videri ortu eliaci per elongationem solis ab illa priusq; frumeta seminent et hoc erit in mense nouembri. ¶ Ter. Occasus heliacus. dicit de occasu opposito. est enim signum vel stella quod prius videbatur sed post ea per accessum solis ad ipsum videri non potest et nobis occultatur et hoc accidit lune in fine mensis cum pperat ad iunctionem solis prius enim per aliquot dies circa crepusculum matutinum videbatur sed post ea soli iuncta non videtur. et de hoc occasu loquitur virgilius in primo georgico in versu quodam superius iam adducto scz taurus et aduerso cedens canis occidit astro. cuius versus prima dictio ad aliam sententiam pertinet sed residuum sic exponit. canis qui est quedam stella in tauro et dicitur canis minor vel canicula. canis autem maior est alia stella iuxta cancrum et leonem. canis inq; cedens id est dans locum aduerso astro id est soli appropinquanti qui propterea dicitur ei aduersus quod ipsum occultat ne videri possit dum sol est in tauro. et ideo occidit id est occultatur sub radiis solis et est in occasu heliaci. tota ergo sententia virgili in illis duobus versibus est quod quando sol est in tauro in mense aprilis ubi taurus est primum signum quod oritur cosmice de die: et canis stella tauri est sub radiis solis in occasu heliaci tunc est tempus seminandi fabas et milium. ¶ Notandum quod ortus et occasus qui a poetis dicitur heliacus id est solaris ab astrologis ortus et occasus planetarum matutinus et vespertinus dicitur. quomodo autem hoc planetis contingat et quibus pueniat ortus quibus vespere occasus capitulo quarto huius latius videri. ¶ Notandum etiam quod ortus et occasus signorum et stellarum scdm poetarum multum est in viis apud vulgares qui fere in locis desertis stellis per horologium utuntur vidimus enim pastores et plerumque agricolas quolibet mense aut per diuersas constellationes

eis experientia cognitas et certis nominibus ab ipsis nominatas de horis nocturnis certissime iudicantes. habent enim ipsi experientiam in autumno quod pleyades quas ipsi capellas vocant in principio noctis oriuntur et in principio diei occidunt ideo per totam noctem locum pleyadum inspicientes sciunt dicere talis hora est vel post totam horam erit dies. et ita in aliis mensibus habent alias constellationes sibi notas quibus eadem decernunt. Ut autem quolibet mense anni signa in principio diei et in principio noctis orientia et occidentia per horizontem facile cognoscamus pna subditur tabula

Tabula ortus et occasus cosmici et chro nici duodecim signorum

Marcus	Aries	September
Aprilis	Taurus	October
Maius	Semini	November
Junius	Cancer	December
Julius	Leo	Januarius
Augustus	Virgo	february
september	Libra	Marcus
October	Scorpius	Aprilis
November	Sagittarius	Maius
December	Capcornus	Junius
Januarius	Aquarius	Julius
february	Pisces	Augustus

¶ Ortus vero et occasus heliaci signorum per introitum solis in 12. signa sciri poterit

Ad quod valent oia supradicta

In principio noctis in his mensibus occidunt
In principio noctis in his mensibus occidunt

Spheremundi.

De ortu et occasu signorum scdm astronomos.

Sequitur de ortu et occasu signorum prout sumunt astronomi et prius in com-
muni. Et est sciendum quod tam in sphaera recta quam in obliqua ascendit equinocti-
tialis circulus semper uniformiter, quia scilicet in temporibus equalibus equa-
les eius arcus ascendunt. Motus enim celi primi uniformis est cuius ille est
cingulus ut dictum est, et angulus quem facit equinoctialis cum horizonte
aliquo non diversificatur in aliquibus horis. Sed zodiacus non omnium suarum
partium habet uniformes ascensiones in utraque sphaera, nec in temporibus
equalibus equales eius arcus ascendunt. Et huius signum est quod sex signa zo-
diaci oriuntur in lingua vel brevi die artificiali similiter et in nocte, anguli
etiam quos facit zodiacus cum horizonte in omnibus horis diversificatur. Verum
quanto aliqua zodiaci pars rectius oritur: tanto plus temporis ponitur in suo
ortu. Notandum etiam quod ortus vel occasus alicuius signi nichil aliud est quam
illam partem equinoctialis oriri que oritur cum illo signo oriente vel ascendente
super horizontem, aut illam partem equinoctialis occidere que occidit cum
illo signo occidente id est tendente ad occasum sub horizonte. Vel sic, ortus
vel occasus alicuius signi est spatium temporis quod (dum illud signum ascendit
aut descendit in horizonte) pertransit, et hoc per gradum circuli equinoctialis
qui cum illo signo ascendunt aut descendunt cognoscitur. Item sciendum quod
triplex est ortus aut occasus signorum scilicet rectus obliquus et medius seu equa-
lis. Signum quidem recte oriri dicitur cum quo maior pars equinoctialis oritur,
oblique vero cum quo minor, sed equaliter cum quo equalis. Similiter etiam
intelligendum est de occasu. Nunc autem specialiter de ortu et occasu signorum
dicendum est, et prius in sphaera recta de qua tres regule ponuntur. Prima re-
gula est quod in sphaera recta quatuor quartae zodiaci inchoate a quatuor punctis
cardinalibus: duobus scilicet solsticialibus et duobus equinoctialibus aequantur in
vice et cum quartis equinoctialis sibi coterminatis in suis ascensionibus, quod quantum
temporis consumit una quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tempore alia quarta zodiaci
et similiter quarta equinoctialis illi coterminalis per oritur. Sed tamen partes illarum
quartarum variantur, quod nec in vice nec cum partibus equinoctialis sibi correspondentibus
habent equales ascensiones ut postea patebit. Secunda regula quod quilibet duo arcus
zodiaci equales et equaliter distantes ab aliquo quatuor punctorum iam dictorum
equales habent ascensiones. Et ex hoc sequitur quod signa opposita equales habent
ascensiones in sphaera recta. Et hoc est quod dicit Lucanus loquens de processu La-
tonis in libiam versus equinoctialem. Non obliqua meant, nec tauro rectior erit
Scorpius, aut aries donat sua tempora librae. Aut astra iubet lentos descen-
dere pisces. Par geminis chiron, et idem quod charcinus ardens humidus eglo-
ceros, nec plus leo tollitur vna. Sic dicit Lucanus quod existetibus sub equi-
noctiali signa opposita equales habent ascensiones et occasus. Oppositi-
o autem signorum habetur per hunc versum. Est libra, aries, scorpius, tauro, libra, ge-
mi, capricornus, canis, aries, leo, pisces, vir. Tercia regula est quod signa con-
tinuata et equidistantia duobus equinoctiis oriuntur oblique, signa

Prima sup-
positio

Secunda suppo-

Tercia suppo-

De sphaera
recta
Prima regula

Secunda regula

Correlativum
Lucanus

Oppositio si-
gnorum
Tercia regula

Capitulum tertium.

vero continuata et equidistancia duobus solsticiis oriuntur recte. signa su-
tem inter media oriuntur equaliter in sphaera recta. Et notandum q in sphae-
ra recta unum quodlibet signum quatum habet ascensionem tantam precise ha-
bet descensionem vel occasum.

Notabile

Hec est secunda particula prime partis de ortu et occasu signorum secundum astrologos. et primo
in generali quasdam suppones premitendo. scdo in speciali ad singulas habitaciones applicado ibi
Nunc autem. qdum ad primu ponuntur tres supposes scda ibi. Notandum etia. tertia ibi. Itē sciendum.
Prima q suppo est de comparatione ortus et occasus partium zodiaci. et est dca qz omes partes
circuli equinoctialis semp oriunt et occidunt uniformiter in quocunq mundi horizonte aut hoim
habitatione quia in temporib equalibus partes eius equales oriunt et occidunt. sed partes
zodiaci no ees uniformiter oriunt etiam in eodem horizonte. qz in temporibus equalib in-
equales zodiaci partes oriunt et occidunt et everso. Prima pars pbatur duabus rationib
vna est phica talis qz equinoctialis circulus vt supra dictum est in capitulo scdo est cingulus
primi mobilis et mensura motus eius: sed motus pmi mobilis est semp uniformis et regula-
ris vt pbatur in octavo phisicorum: q motus circuli equinoctialis et ortus et occasus eius est vni-
formis in quocunq horizonte. omes em horizontes in eodem puncto intersecant circulu equi-
noctialem. Secunda ratio est geometrica. qz signato aliquo horizonte siue recto siue obliquo
omes partes circuli equinoctialis cu eodem circulo precise equales angulos faciunt q omnes
similiter ascendunt. ans supponitur qna pbatur quia no potest aliqua pars equinoctialis ascē-
dere aut descendere quihorizontem intersecet et cum eo angulos faciat ergo vbi similes sūt
anguli partium: similiter et eodem modo partes ille ascendunt. Secunda pars etia duabus ra-
tionibus probatur prima sumitur a quodam signo. quia in qualibet die artificiali similiter
et in nocte siue lingua siue brevis sit oriuntur et occidunt precise sex signa zodiaci. Sed
dies longua est inaequale tempus diei vel nocti breui. ergo in temporibus inaequalibus par-
tes equales zodiaci oriuntur et occidunt. Et everso in temporibus equalibus partes
inaequales vt patet si de die vel nocte prolixiore capiatur pars ad equalitatem diei vel no-
ctis breuioris sed de partibus equinoctialis in tēpore maiori plures oriuntur q in tempore mi-
nori qz equinoctialis circulus tēpore semp pportional no aut zodiacus. Secunda pbatio est
geometrica qz anguli diuersarum partium zodiaci cum eodem horizonte continue diuersificant
et alii maiores alii vero minores fiunt ergo partes zodiaci ineqliter oriunt et occidunt. tenet
consequentia vt prius a contrario sensu. Sed sciendum circa hoc q illa pars zodiaci in maiori
tempore oritur que cu horizonte rectiores angulos fecerit illa vero in minori que obliquiores
Sic igitur patet ex hac suppone q materia de ortu et occasu signorum qdum ad signa equinoctial
circuli aut alterius sibi paralleli non habet difficultatem quoniam scita ascensione vni⁹ par-
tis eius sciuntur ascensiones omnium aliarum partium equalium in qualibet eni hora. 15.
gradus equinoctialis et in quolibet minuto hore. 15. minuta eiusdem fere oriuntur: sed tota
difficultas huius materie est circa signa et partes zodiaci que vt diximus inaequales habent
ascensiones et occasus. Notandum q licet zodiacus moueatur etiam ad motum primi mo-
bilis sicut equinoctialis: non tamen ppter hoc partes eius uniformiter oriuntur aut occi-
dunt sicut partes equinoctialis. quia iste circulus obliquus est. et ppter suam obliquitatem
contingit q non omnes eius partes similiter se habent ad horizontem. vnde notanter dicitur
in textu cuius ille est cingulus quod non conuenit zodiaco. sed vna eius pars recta oritur.
alia vero obliqua et vna magis recta vel obliqua quam alia. Et item non omnes partes
zodiaci per eandem partem horizontis ascendunt aut descendunt. sed quedam propin-
quius polo artico. Alie vero propinquius antarctico. et item alie mediocriter distan-
tes ab utroq polo. sed partes equinoctialis omnes eque directe vel oblique oriuntur in eo-
dem horizonte et omnes in eodem puncto tangunt horizontem. Notandum q equalitas vel ine-
